Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nbus monita et diuina institutione for-
mati audemus dicere Pater noster qui
es in celis sanctificetur nomen tuum Adue-
niat regnum tuum Fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra Panem nrm cotti-
dianum da nobis hodie Et dimitte
nobis debita nra sicut et nos dimittimus
debitoribus nris Et ne nos inducas in
temptacone Sed libera nos a malo
Amen Liberanos quesumus domine ab
omnibus malis preteritis presentibus et futu-
ris Et intercedente pro nobis beata et glo-
riosa semperq; virgine dei genitrice maria
et beatis apostolis tuis Petro et Paulo atq;
andrea cum omnib; sanctis Da propi-
tius pacem in diebus nris ut ope miseri-
cordie tue adiuti et a peccato simus semper li-
beri Et ab omni perturbacone securi
per eundem dnm nrm ihsum xpm filium tuum
Qui tecum viuit et regnat in vnitate spi-